

TABVLA  
LECTIONVM AESTIVARVM  
QVAE  
RECTORE  
D. IOANNE STEPHANO  
MÜLLERO

IN  
ACADEMIA GISSENA  
HABENTVR

CALEND. APRIL. A. R. S. CIOICCLXVIII.

SIGILLO MAIORI ACADEMIAE PRAEFIXO.

---

G I S S A E

Ex Officina Brauniand.



*In Facultate Theologica.*

D. REINH. HENR. ROLLIUS

*Academiae Senior.*

**L**ectiones tum *publicas* in Augustanam Confessionem ejusque Apologiam; tum *privatas* in Syllogen Controversiarum Fechtianam, cum selectis annotationibus denuo imprimi coeptam, cum praeterlapso semestri, valetudine adversa impeditus, habere non potuerit, easdem semestri, quod nunc ingredimur, Deo valetudinem meliorem, quod sperat, gratiose largituro, nobilissimis Commilitonibus offert.

D. IO. HERM. BENNER

*Publice*, hora XI. priorem ad Timotheum epistolam illustrabit, theologiae pastorali prae ceteris inseruituram. *Privatim*, hora IX. finitas in *notitiam salutis* praelectiones, intra anni spatium pro more, absolueudas, redintegrabit; plura volentibus non defuturus.

D. IO. STEPH. MÜLLER

Theologiam *Moralem* auspicatur. In Theologia *dogmatico-polemica* in doctrina de Deo, atque Servatoris officio pergit.

D.



# D. IO. GEORG. BECHTOLD

*alumnorum Serenissimi Principis Ephorus.*

**D**icta, quae vulgo *classica* vocantur, quibusque, in probandis e S. C. fidei nostrae sanctissimae capitibus, utimur, quartum interpretabitur. *Hermeneoticam* S. cuius partem dimidiam semestri hiberno expediuit, aestivos per menses ad umbilicum perducet. *Artem homileticam* in eadem de integro docebit. *Collegium* quoque *homiletico-practicum* provecioribus aperiet, suam simul operam specimina publica daturis offerens.

# IO. GEORG. HOFMANN,

*SS. Th. D. & P. P. Extr.*

**P**ublice perget in explicandis *Psalnis* de Christo agentibus, *Priuatim* absoluta per semestre elapsam historia ecclesiastica V. T. *historiam ecclesiasticam* N. T. denuo auspiciabitur, ad ductum *Compendii Mosheimiani*, perget etiam, quod non sine *Commendatione diligentiae Doctiss. Dn. Commilitonum* dicendum est, in *Exegeti IV. Evangelistarum harmonica*, rogatu ipsorum semestri superiori incoepa.

*In Facultate Iuridica.*

# D. FRANCISCVS IVSTVS KORTHOLT,

*Academiae Procancellarius.*

**S**CHMAVSSII *compendium iuris publici*, & PÜTTERI *novam epitomen processus imperii amborum tribunalium* *supre-*



*supremorum de integro exponet, ad alia quoque, quae desiderabuntur, paratus.*

## D. IO. CHRISTOPH. KOCH

*h. a. Decanus.*


*Ius Naturae, Institutiones iuris ciuilib; Digesta & ius canonicum docebit. Offert disputatorium publicum, simul examinatorium continuaturus.*

## D. CHRISTIAN. HARTM. SAMUEL GATZERT.

*Publice, vt fidem elapso iam semestri datam liberet, Historiam Iuris ad Gen. Selchouii libellum; priuatum vero Struuianam iurisprudentiam, & Ius feudorum duce Mascouio explicabit; ad Practica quoque & Examinatoria Collegia paratus.*

## D. LVD. GODOF. MOGEN.

*Publice hora XI - XII, ad HEINECCII elementa iuris ciu. secundum ordinem Institutionum commentabitur. Priuatum vero hora III - IV. historiam iuris vniuersi docebit; & quem iam praeterlapso semestri hyemali, ab Honoratissimis Commilitonibus rogatus, in docenda historia iuris, ducem habuit Illustrem SELCHOVIVM, eundem & instantem per aestatem sequetur. Reliquum temporis historicis destinabit. Iis tamen non deerit, qui explicationem principiorum iuris Germanici, secundum Illustrem EISENHARTVM, desiderabunt.*



*In Facultate Medica.*

**D. IO. WILH. BAYMER.**

*Med. Prof. primar.*

**H**or. X. lectiones suas pathologico-therapeuticas diligenter continuabit, & dogmata generalia casibus clinicis illustrabit. Hor. XI. Doctrina de morbis venereis breui ad finem perducta, Godofredi Rothii chemiam interpretabitur, ac horis pomeridianis experimenta chemica, theoriam confirmantia, in laboratorio chemico publico, ad clementissimum SERENISSIMI LANDGRAVII mandatum extracto, capiet.

**D. GEORG. LVD. ALEFELD,**

*P. P. O.*

**M**ethodum, qua fasciae chirurgicae applicari debeant, monstrabit, praeceptaque chirurgiae de nouo trader. Si qui sunt, qui artem obstetriciam discere cupiunt, iis Cel. ROEDERERI compendium explicabit.

**D. FRIDERIC. AVGVSTVS**

**CARTHEVSE**

*Med. Prof. Ord.*

**P**raelectiones botanicas instituet, ac separata quadam hora notitiam praecipuorum rei herbariae scriptorum trader.



*In Facultate Philosophica.*

ERNESTVS THOM,

*Prof. moral.*

Philosophiam moralem ac ciuilem, oeconomiam priuatam publicamque, & ius naturae interpretabitur; atque in hoc explanando Wolfii institutiones vel alius scriptoris libellum, cuius explicatio breuiori tempore absolui potest, adhibebit.

ANDREAS BOEHM,

*Log. Metaph. & Mathem. P. P. O.*

Hora VII. matutina logicam, h. VIII. metaphysicam, tempore auditoribus commodo architecturas militarem & ciuilem, vt & mathesin puram docebit. Algebraicis studiis operam daturis non deerit. Bibliothecam publicam consueto tempore aperiet.

D. LVD. GODOF. MOGEN,

*Historiarum Professor.*

*Historiam Statuum Europae, ACHENWALLO duce, & historiam Imperii R. Germanici, non ad SCHMAVSSII, vt adhuc, sed ad Illustris PÜTTERI filium tradet. Offert & alia quæuis, speciatim collegium historico-statisticum in GERMANNIS VON CLODWIG Gedanken von den übermächtigen Reichen älterer Zeiten, und von der heutigen Universal-Monarchie des Hauses Bourbon.*

D.



# D. IO. GEORG. BECHTOLD,

*utriusque eloquentiae P. P. O.*

*Heineccii fundamenta stili* nuper absoluta denuo explicanda resumet. *Horatii odas* perpetuis suis dissertationibus illustrare diligenter perget; *exercitia* quoque *poëtica* desiderantibus satisfactorus.

# IO. GEORG. HOFMANN,

*LL. OO. P. P. O.*

**I**is, qui solidam desiderant primorum linguae S. principiorum notitiam, vno semestri & *Grammaticam* explicabit, & analyseos doctrinam; lectionibus cursoriis *Jeremiae* Vaticinia destinavit; *accentus* docebit a priori ordinare ad praecipua in calamum dictanda; addet *Chaldaismum biblicum, Syriacum, & arabicae linguae fundamenta.*

# D. FRIDERIC. AVGVSTVS CARTHEVSE

*Phys. Prof. Ord.*

**S**emestri, quod instat, aestivo *Pyrologiam & Aerologiam* exponet, nec iis, qui aliquam *Historiae naturalis* partem sibi tradi optant, operam denegabit.

**P**raeter ista *Generosissimis Nobilissimisque* Civibus de *luculentia equitandi, pugnandi gladio, saltandi que palaestra, Gallicae item & Italicae linguae scholis*, per *magistros earum peritissimos, publice constitutos*, abunde prospectum est.